

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio XCII. [De effectibus legis, in duos articulos diuisa.]

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](#)

legem dedit hominibus adhuc imperfectis existenti bus, & aliam perfectiorem iam manuductis per priorem legem ad maiorem capacitatem diuinorum.

**A**D SECUNDVM dicendum, quod salus hominum non poterat esse nisi per Christum illud Actuum. Non est aliud nomen datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri, & ideo lex perfecte omnes ad salutem inducens, dari non potuit nisi post Christi aduentum: antea uero dari oportuit populo, ex quo Christus erat nasciturus, legem preparatoriam ad Christi susceptionem, in qua quedam rudimenta salutaris iustitiae continentur.

**A**D TERTIVM dicendum, quod lex naturalis dirigit hominem secundum quedam praecpta communia, in quibus conueniunt tam perfecti, quam imperfeci, & ideo est una omnium. Sed lex diuina dirigit hominem etiam in particularibus quibusdam, ad quae non similiter se habent perfecti & imperfeci: & ideo oportuit legem diuinam esse duplicem, sicut iam dictum est.

## ARTICVLVS VI.

Vtrum sit aliqua lex fomitis.

**A**D SEXTVM sic proceditur. Videtur quod non sit aliqua lex fomitis. Dicit enim Isidorus in 2.Ethym. t. quod lex ratione consistit: fomes autem non consistit in ratione, sed magis a ratione deuiat. ergo fomes non habet rationem legis.

**T**2 Præt. Omnis lex obligatoria est, ita quod qui ea non seruant, transgressores dicuntur: sed fomes non constituit aliquem transgressor ex hoc, quod ipsum sequitur, sed magis transgressor redditur, si quis ipsum sequatur. ergo fomes non habet rōnē legis.

**T**3 Præt. Lex ordinatur ad bonum cōmune, ut supra habitat: sed fomes non inclinat ad bonum commune, sed magis ad bonum priuatum. ergo fomes non habet rationem legis.

**S**ED CONTRA est, qd. Apost. dicit R. 7. Video legēlā in mēbris meis, repugnante legi mētis mee.

**R**ESPON. dicendum, qd. sicut supra dictum est, Lex essentia liter inuenitur in regulante & mensurā

ut sic quodammodo bestiis assimiletur, que sensualitatis imperio feruntur, secundum illud P̄sal.48. Hōcum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & simili factus est illis. Sic igitur ipsa sensualitatis inclinatio, quæ fomes dicitur, in aliis quidem animalibus simpliciter habet rationem legis, illo tamen modo, quo in talibus lex dici potest secundum directam inclinationem legis. In hominibus autem secundum hoc non habet rōnē legis, sed magis est deriuatio a lege rationis: sed in quantum per diuinam iustitiam homo destituitur originali iustitia, & uigore rationis, ipse impetus sensualitatis, qui eum dicit, habet rōnē legis in quantum est penalē & ex lege dictina, consequens hominem destitutum propria dignitate.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, qd. ratio illa procedit de fomite secundum se considerato, prout inclinat ad malum: sic enim non habet rationem legis, ut dictum est, sed secundum quod sequitur ex diuine legis iustitia; tanquam si diceretur lex esse, quod aliquis nobilis propter suam culpam ad seruilia operari induci permitteretur.

**A**D SECUNDVM dicendum, quod obiectio illa procedit de eo quod est lex quasi regula & mesura; sic n. deuiantes a lege transgressores constituuntur. sic autem fomes non est lex, sed per quandam participationē, ut supra dictum est.

**A**D TERTIVM dicendum, quod ratio illa procedit de fomite quantum ad inclinationem propriam, non autem quantum ad suam originem: & tamen si consideretur inclinationis sensualitatis prout est in aliis animalibus, sic ordinatur ad bonum commune, id est, ad conservationem naturę in specie, uel individuo. & hoc est etiam in homine, prout sensualitas subditur rōnē; sed fomes dicitur, secundum quod exit rationis ordinem.

## QV AESTIO XCII.

De effectibus legis, in duos articulos dividisa.

¶ Super questionis 92. articulum pri-  
mum.

**D**E INDE considerandum est de effectibus legis.

**E**T CIRCA hoc queruntur duo.

**T**1 Prīmō, Vtrum effectus legis sit homines facere bonos.

**T**2 Secundō, Vtrum effectus legis sit imperare, uetare, permettere, & punire, sicut legislperitus dicit.

## ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum effectus legis sit facere homines bonos.

**A**D PRIMVM sic proceditur. Vi detur, quod legis effectus non sit facere homines bonos. Homines enim sunt boni per uitatem. Virtus enim est, quæ bonum facit habentem, ut dicitur in 2.Ethi. sed virtus est homini a solo Deo. ipse enim eam facit in nobis sine nobis, ut supra dictū est in distinctione virtutis. ergo legis non est homines facere bonos.

**T**2 Præt. Lex non prodest homini

**I**n art. 1. quæf. 92. dubium occurrit circa rationē ex eo, quod aut falsum affumit, aut intentum nō infert. Proposito nanque fundans rationē litera est ita, Vir⁹ cuiuslibet subdit⁹ est, ut bene subiicit principanti. hāc autem proposi-  
tio aut intelligitur formaliter de subdi-  
to, in quantum subdi-  
tos, aut materialiter  
de eo qui est subdi-  
tus. Si formaliter,  
propositio est uera:  
sed non infert, nisi  
quod lex facit subdi-  
tos, in quantum subdi-  
tos, bonos: hoc an-  
tem non est facere  
homines bonos, qd.  
sicut aliud est esse  
hominem, & aliud  
esse subditum: ita  
alia est bonitas ho-  
minis, & alia est bo-  
nitas subdit⁹. & ta-  
men titulus articu-  
li querit, an sit legis  
facere homines bo-  
nos: .

nos, & in corpore articuli inferunt ex ista propositione, quod legis est inducere subiectos ad propriam ipsorum virtutem. Si igitur materialiter intelligitur, tunc licet inferret intentum, ipsa tamen universalitas est falsa, & subuersio nescire parceret totius doctrinae; materialis enim sermo a doctrina alienus est.

**P**ropter hoc dicitur,

quod sermo est formalis, eterus, & efficiens ad intentum inferendum. Aduentum namque est, & non est sermo de hac uel illa lege, sed de lege in communione conditoris eternam diuinam, &c. & quod homo non solum in ordine ad hoc uel illud, sed etiam in ordine ad felicitatem naturalem, &

**q. 30. art. 2.**

**q. 1. c. 9. & c.  
3. Et li. 1. ea.  
8. com. 5**

**i. i. c. 14. circa  
prin.**

**q. 9. a. i. &  
4.**

**ex c. ul. tot. 5**

nisi legi obediatur: sed hoc ipsum quod homo obedit legi, est ex bonitate, ergo bonitas praexigitur in homine ad legem, non igitur lex facit bonos homines.

**P**ropter hoc dicitur Lex ordinatur ad bonum commune, ut supra dictum est: sed quidam bene habent in his quae ad commune pertinent, qui tamen in propriis non beneficent, non ergo ad legem pertinet, quod faciat homines bonos.

**T**ertius. Preterea. Quædam leges sunt tyrannice, ut \* Philosopher dicit in sua politica: sed tyrannus non intendit ad bonitatem subditorum, sed solum ad propriam utilitatem, non ergo legis est facere homines bonos.

**S**ed contra est, quod Philosophus dicit in 1. Eth. quod uoluntas cuiuslibet legislatoris huc est, ut faciat homines bonos.

**R**esponsum. Dicendum, quod sicut supra dictum est, lex nihil aliud est quam dictamen rationis in praesidente, quo subditus gubernantur: cuiuslibet autem subditus virtus est, ut bene subdatur ei, a quo gubernatur. sicut virtus irascibilis & concupisibilis in hoc consistit, quod sint bene obediens rationi, & per hunc modum virtus cuiuslibet subditi est, ut bene subdiciatur principi, ut \* Philosopher dicit in primo Politicæ. Ad hoc autem ordinatur unaquaque lex, ut obediatur ei subditis, unde manifestum est, quod hoc sit

et facere subditos bonos simpliciter, vel secundum quid, ut bonus latrones. Et cum dicitur, quod non inferat intentum, quia alia est ratio subditi, & hominis, iam pater responsio, quod licet universalitas non sit eadem ratio, et pectus tamen legis ad ueram felicitatem, sub qua inferat author fieri homines bonos, eadem est ratio hominis, & subditi, non secundum relationem significatam per ly. subditis, sed secundum rationem fundamentum subdictionis: homo enim ex hoc quod homo, ordinem habet ad felicitatem mediante virtute propria.

**I**n responsione tertium eiusdem articuli primi, dubium occurrit ex eo, quod auctor uidetur contradicere sibi, & falso dicere, contradicere quidam sibi, quia in principio illius responsione dicit, quod impossibile est, ut aliquis homo sit bonus, nisi sit bene proportionatus bono communite: & in calce dicit, quod alia est uirtus boni uiri, & boni cuius. Si namque diversa est uirtus uiri, & cuius, potest esse uir bonus, & cuius non bonus, & conuerso cuius bonus, & uir non bonus. & si impossibile est aliquem esse uirum bonus, & non bonus cuius, quomodo alia est uirtus boni uiri & boni cuius. Falsum autem dicitur, quia uir solitarius, sapientia contemplatione contentus, est bonus uir, utpote uirtutis heroicæ, & tamen non est bonus cuius, quia nec est cuius.

**I**n eadem responsione est aliud dubium, quia falso uidetur, quod eadem sit uirtus boni uiri, & boni principis, nam uirtus boni uiri est monastica, principis vero politica. Et nihilominus voluntaria etiam uidetur differentia inter necessitatem uirtutis simpliciter in principe, & non in ciue, nam sicut ad bonum communis sufficit, quod ciues subditi principum mandatis obediant, ita sufficit quod princeps recta, oportuna ad bonum communis mandet, & exequatur quantum sua interest,

**E** proportionaliter sicut alii. Quid enim ad communis de malitia priuata rectorum, quam ciuum, si ad communis faciunt, quod oportet? Nulla enim appareat formula, sed solum secundum magis, & minus. Contra enim principis priuata malitia magis nocet: quia confpectus ma-

men habet, de quo nos non committimus, malitia cum accidens.

**A**d primam dictam, non fallit, sed tradidit ei, quod non est, ad cuius tamen recollectum ex prima presencia bona fuit. Pau-

tenditur ad uerum, ut uerum secundum iustitiam diuinam regulatum, sequitur quod per legem homines sicut boni simpliciter. Si vero intentio legislatoris feratur ad id quod non est bonum simpliciter, sed utile, vel delectabile sibi, vel repugnans iustitiae diuinæ: tunc lex non bonos facit homines simpliciter, sed secundum quid, sciliciter in ordine ad tale regimen. Sicut autem bonum inuenit etiam in per se malis: sicut aliquis dicitur bonus latro, quia operatur accomode ad finem.

**A**d PRIMVM ergo dicendum, quod duplex est uirtus, ut ex sua prædicta patet, scilicet acquisita, & insuffla. Ad utranger autem aliquid operatur operū affluendo, sed diuersimode. Nā uirtutem quidem acquisitam causat ad uirtutem autem insufflam disponit, & eam iam habitam conseruat, & promovet.

**H**ec quia lex ad hoc datur, ut dirigat actus humanos, in quantum actus humani operantur ad uirtutem, in tantu lex facit hoines bonos unde & \*Philosophus dicit, 2. Polit. q. legistores affluentes faciunt bonos.

**I**n dñna ad felicitatem neram: quia homo inquantum homo pars ciuitatis, quia est animal politicum, tum homo, est disciplinabilis, ac per hoc est in habitudinem hominis, oportet quod habeat proportionem ad suum commune ciuitatis, sicut in preparatione animi. Non enim est recte dispositus secundum prudentiam, & alteras virtutes, qui non est preparatus ad id, ad quod tenet, & habet o bonitatē simpliciter, oportet quod habeat secundum primam, quia est in se bonus: & consequenter, quia est pars ciuitatis, aliter non posset talis homo dici bonus: sed secundum genitum. Si ergo homo est bonus, cum bonitas sua sit auctoribus, rebus bonitatis ciuilis, impossibile est, quin sit recte dispositus secundum communem, quod est esse bonum ciuius, & non autem bonum non nisi bonitatē secundum quid impedit, & ideo in litera dicitur, quod sufficit quod obtemperet principi, unde patet nullam esse contradictionem. Quidam etiam nulla sit fallos propter hominem hereticum, etiam, quia de hominibus hereticus est: hereticus autem humanus, plusquam homo est, diuinam uitam imitanus, & quia hereticus in preparatione animi est recte dispositus ad munitionem bonum, & ruris est optimè communis, & lesti patre.

**K**Ad secundum dubium dicitur, quod in secunda lemma concedente, ex propenso tractabatur ei deinde, & fuit, quia de hominibus hereticus est: hereticus autem humanus, plusquam homo est, diuinam uitam imitanus, & quia hereticus in preparatione animi est recte dispositus ad munitionem bonum, & ruris est optimè communis, & lesti patre.

**A**d secundum dubium dicitur, quod in secunda lemma concedente, ex propenso tractabatur ei deinde, & fuit, quia de hominibus hereticus est: hereticus autem humanus, plusquam homo est, diuinam uitam imitanus, & quia hereticus in preparatione animi est recte dispositus ad munitionem bonum, & ruris est optimè communis, & lesti patre.

virtutis principis, q̄ ci  
uis, q̄ virtute bo  
nari claudatur v  
erunque, p̄ posse bene  
præfesse, & bene fu  
bſſiſ. De necessitate  
vero virtutis mona  
ſtice in principe ma  
gis q̄ in cīne, de qua  
pra habitum eſt.

AD TERTIVM dicendū, q̄ bo  
nitas cuiuslibet partis confiderat  
in proportione ad ūū totū.  
Vnde & Aug. dicit in 3. Confel q̄  
turpis est omnis pars, quæ ſuo to  
ni non congruit. Cūm igitur qui  
libet homo sit pars ciuitatis, im  
possibile eſt, q̄ aliquis homo ſit  
bonus, niſi ſit bene proportiona  
tus bono communi: nec totum  
poteſt bene exiſtere, niſi ex parti  
bus ſibi proportionatis. Vnde im  
possibile eſt, q̄ bonum commu  
ne ciuitatis bene ſe habeat, niſi ci  
uis ſint virtuosi, ad minus illi, q̄  
bus conuenit principati. Suffici  
autem quantum ad bonum com  
munitatis, quod alii intantū ſint  
virtuosi, quod principum man  
datis obediāt, & ideo \* Philoſo  
dicit in 3. Polit. quod cadēt vir  
tus principis, & boni viri: non au  
tem eadem eſt virtus cuiuscumque  
ciuii, & boni viri.

AD QVARTVM dicendum, q̄ lex tyrranica cum non ſit ſecundum  
rationem, non eſt ſimpliſter lex, ſed magis eſt quædam p  
ueritas legis. Et tamen inquantū  
habet aliquid de ratione legis, in  
tendit ad hoc, q̄ ciues ſint boni.

**N**on enim habet de ratione legis,  
niſi ſecundum hoc, q̄ eſt clā  
men alicuius præſidentis in ſubdi  
tis, & ad hoc tendit, vt ſubditile  
gi ſint bene obediēties, quod eſt  
terre inter legi actus  
ponitur, q̄ ſolus ſuperioris p̄prie eſt p  
rimitere. Alii autē nō  
obstante malo, cum  
poſſunt, negligenti, at  
ac taciſ potius, q̄ p  
rimitentes exercent  
officium, niſi mēdo le  
ge participante dicā  
tur p̄mittere, ſicut ac  
dicit in fratre p̄mitte  
re moniti fratrem  
reincidere in mali,  
vt adibet ſecundum te  
ſtes ēm legem Do  
mini pro communi  
bono, & ſimilibus.

**A**D SECUNDVM ſic procedit. Videtur, quod legis actus nō ſint conueiuenter assignati in hoc, quod dicitur, quod legis actus eſt imperare, vetare, permettere, & punire. Lex enim omnis p̄ceptum commune eſt, vt\* le  
gis consultus dicit: ſed id eſt im  
perare quod p̄cipere. ergo alia tria ſuperfluunt.  
¶ Prat. Effectus legis eſt, vt inducat ſubditos ad bo  
num, ſicut \* ſupra dictum eſt: ſed conſilium eſt de  
meliori bono, quam p̄ceptum. ergo magis per  
nit ad legem consulere, quam p̄cipere.  
¶ Prat. Sicut homo aliquis incitatur ad bonum per  
poenas, ita etiam & per p̄mnia. ergo ſicut punire po

A nitur effectus legis, ita etiam & p̄miare.

¶ 4 Prat. Intentio legislatoris eſt, vt homines faciat bonos, ſicut ſupra dictū eſt: ſed ille qui ſolo metu penarum obedit legi, nō eſt bonus. nam timore ſer  
uili, qui eſt timor penarum, eſti bonum aliquis fa  
ciat, non tamen aliquid benefit, vt Aug. dicit: non ergo videtur eſſe proprium legis, quod puniar.

SED CONTRA eſt, q̄ \* Iſidorus dicit in 5. Ety. Ojs lex aut permiſit aliquid, vt vir fortis p̄mni p̄petat: aut verat, vt ſacrarium virginum nuptias nulli licet pe  
tere: aut punit, vt qui cādem fecerit, capite plecat.

RESPON. Dicendum, q̄ ſicut enuntiatio eſt ratio

nī dictamen per modum enūtiandi, ita etiā lex per modum p̄cipiēdi. Rationis autem proprium eſt,

vt ex aliquid ad aliquid inducat: vnde ſicut in dem  
onstratiui ſcientiis ratio inducit, vt affentiatuſ cōclu  
ſionis per quēdā principia, ita etiam indicit, ut affen  
tiationis legi p̄cepto per aliquid. P̄cepta autem

legis ſunt de actibus humanis, in quibus lex dirigit, vt ſupra dictum eſt. Sunt autem tres differentiae hu  
manorum actuum. Nā, ſicut \* ſupra dictum eſt, qui  
dam actus ſunt boni ex genere, qui ſunt actus virtutum, & respectu horum ponitur legi actus p̄ceptum, vel imperare. P̄cipit enim lex omnes actus vir  
tutum, vt dicitur in 5. \* Ethicor. Quidam vero ſunt

actus mali ex genere, ſicut actus vitioli, & respectu  
horum lex habet prohibere. Quidam vero ex genere  
ſuo ſunt actus indifferentes, & respectu horum lex  
habet permiſtere, & poſſunt etiam indifferentes dici  
omnes illi actus qui ſunt vel parum boni, vel parum  
mali. Id autem, per quod inducit lex ad hoc, quod ſibi obediatur, eſt timor poena, & quantum ad hoe  
ponitur legi effectus punire.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ſicut ceſſare a  
malō habet quandam rationem boni, ita etiam prohibi  
tio habet quandam rationem p̄cepti: & ſecundum hoc large accipiendo p̄ceptum, vniuersaliter lex p̄ceptum dicitur.

AD SECUNDUM dicendū, q̄ consulere non eſt p  
rius actus legis, ſed poſteſt pertinere etiam ad per  
ſo nam priuatam, cuius nō eſt condere legem, vnde  
etiam Apoſtolus 1. ad Cor. 7. cum conſilium quod  
dam daret, dixit: Ego dico, non Dominus. & ideo  
non ponitur inter effectus legis.

AD TERTIVM dicendum, quod etiam p̄miare  
poſteſt ad quemlibet pertinere: ſed punire non per  
tinet niſi ad ministrum legis, cuius authoritate po  
ena infertur: & ideo p̄miare non ponitur actus legis ſolū punire.

AD QVARTVM dicendū, q̄ per hoc, q̄ aliquis inci  
pit affiſſeri ad vitandum mala, & ad implendum  
bona propter metum poena, perducitur quādoque  
ad hoc, quod delectabiliter, & ex propria voluntate  
hoc faciat, & ſecundum hoc lex etiam puniēdo per  
ducit ad hoc, quod homines ſint boni.

QVAESTIO XCIII.

De lege eterna, in ſex articulos diuifa.

E INDE considerandum eſt de singulis.  
Et primo, de lege eterna. Secundo, de le  
ge naturali. Tertio, de lege humana. Quar  
to, de lege veteri. Quinto, de lege noua, quae eſt lex  
Euangelii.

De ſexta autem lege, quae eſt lex fomitis, ſufficiat  
quod dictū eſt, cum de peccato originali ageretur.

Prima Secunda S.Tho. CC CIRCA

Enchirid. c.  
121. tom. 3.  
Lib. 5. Ety.  
mo. ca. 19. in  
prin. & lib.  
2. cap. 19.

q. 98. art. x.  
& 91. art. 4.  
q. 18. art. 5.

ca. a me  
dio, & cap.  
2. tom. 5.